



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia Catholica, Hoc Est Christianae Fidei, Qvam Ad
Salvtem Animarvm Aviti Avgvstae Domvs Saxonicae
Principes, Reges, & Imperatores coluerunt, Gloriosa
Confessio**

Cutsemius, Petrus

Coloniae Agrippinae, 1621

De Friderico Bellicoso, Et Filiis Eivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11884

omnes autoritate. Carolum IV. Imperatorem in bellis sæpenumerò iuuit: Arces Eccersbergam, Friburgum, Dornburgū &c. latronum receptacula euertit. Obijt Aldenburgi, d. 26. Maij, Anno. 1380. Sepultus cum vxore Catharina, F. Henrici Comitis in Hēneberg. quæ Coburgum cum adiacētibus oppidis, & arcibus ad maritum attulit, in cænobio Veterocellensi, tribus relictis filijs; Friderico, qui stemma propagauit; V Vilhelmo, qui fundauit Ecclesiam collegiatam S. Georgij, Aldeburgi; & Georgio, qui iustitiæ, & clericorum Amantis nomen habuit.

DE FRIDERICO BELLICOSO,
ET FILIIS EIVS.

Porro primogenitus iste Fridericus, cognomento *Bellicosus*, omnē adolescentiā suā triuit in castris; & tamē Musarū magnus extitit Patronus, & singularis literatorū Mæcenas. Martis itaque & Artis cultor strenuus, qui ex ruinis Academiae* Pragensis, quā vastarūt feditiosi tunc nascentiū Hæreticorū tumultus, fabricauit suā Lipsensem, atq; ita Catholicæ pietati, & Musis exulātibus nouū aperuit Lipsiæ domiciliū d. 12. Nou. An. 1409. Contra factionem coniuratorū, qui se Stellares nominabant ductu Friderici Burggrauij Noribergensis militauit in Francia; cum Conrado ordinis Teutonici Magistro, pro nominis Christi

* Pragensis restaurata est à Ferd. I. & Maximil. II. Imp. Academia Lipsensis à quo, & quando erecta.

Fridericus
Bellicosus
primus Sa-
xonie Dux
Electoꝝ.

Christi propagatione in Borussia: cum Guilhelmo, Patruo suo, Pragam obsedit in Bohemia. Ipsos Bohemos Sigismundo Imperatori rebelles ad Brixiam superauit, & arcem Carlstein ab obsidione illorum liberauit. Ob quod fidele præstitum auxilium primus in suo stemmate auitum Saxonie Ducum titulum, qui passim ad alienas familias ab obitu Imperatorum Saxoniorum euagatus erat, ad legitimos hæredes reuocauit, dignitatem quoq; Electoratus titulo suo annexã, ab eodem Imperatore familie sue acquisiuit An. 1423. d. 6. Febr. Naturæ debitum persoluit VVeissenfeldæ d. 4. Ian. An. 1428. Multæ fuerunt huius Principis virtutes, in quibus semper eluxit pietas, & zelus promouendi Catholicam fidem, & pacem. Contra hostes enim hosce maxime duos; Rebelles in Imperio, & Infideles extra Imperium se acerrimum ostendit Aduersarium: Dignus quem posterius ipsius, prouinciarum, & dignitatis hæredes, progenitorem suum studiosè colant, ac imitentur.

DE GVILHELMO III.

ET sicuti *Fortes creantur fortibus, & bonis,* Ita bellicosus hic Fridericus generosos procreauit filios, Fridericum II. cognomento *Placidum*, qui stemma propagauit: Sigismun-